



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Antipolitano Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

422 Epistolarum Innocentij III.

Ecclesiæ facta fuerit, auctoritate apostolica faciatis firmitatem debitam obtinere, contradictores appellatione remota censura ecclesiastica compescentes. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani VIII. Kal. Aprilis, anno tertio decimo.

*O D D O N I P A T R A C E N S I,  
O Terrico & W. de Mirabello  
Canonici Thebanis.*

*Epist. 19.  
De conferatione Episcopi Amicensis.  
\* Vide lib. 1.  
epist. 188. &  
lib. 10. epist.  
90.*

**D**Ilecti filii Canonici Amicenses gravem nobis exposuere querelā quod venerabilis frater noster Archiepiscopus Patracensis Gilibertum \*quondam Abbatem de Flaviniaco propter suos enormes excessus apud sedem apostolicam condemnatum in Episcopum Amicensem, Imberto ejusdem loci electo vivente, post inhibitionem Canonorum ipsorum illicite consecrare presumpsit. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus inquisita & cognita super hoc diligentius veritate, quod canonicum fuerit appellatio ne postposita statutis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani &c. ut in alia.

*E I S D E M.*

*Epist. 10.  
Super codicem.*

**D**Ilecti filii Canonici Amicenses gravem nobis exposuere querelam quod G. quondam Abbas de Flaviniaco, qui apud sedem apostolicam propter suos enormes excessus sententialiter condemnari meruit & deponi, post inhibitionem ipsorum in Episcopum Amicensem, Imberto ejusdem loci electo vivente, se fecit per venerabilem fratrem nostrum Patracensem Archiepiscopum minus canonice consecrari. Quia igitur nobis non constitit de premissis, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis, & auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit appellatio ne postposita statutis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani IX. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio decimo.

*A N T I P O L I T A N O  
Episcopo.*

*Epist. 31.  
Confirmatur  
concordia ini-  
ta inter ipsum  
& Abbatem  
Litisensem.*

**H**is nos convenient robur apostolicum specialius impetriri quæ aliquando in contentionem deducta, nostra interveniente auctoritate amicabili concordia fo-

piuntur. Sanè cùm inter te ac dilectum filium Abbatem Litisensem super Ecclesia sancti Honorati de Graffa & quibusdam aliis fuisset apud sedem apostolicam aliquandiu litigatum, demum de tui & ipsius Abbatis assensu, nobis mediantibus, hujusmodi compositio intervenit, ut Abbati & monachis Litisenibus licet in Ecclesia memorata celebrare divina & exercere cetera ecclesiastica sacramenta, ita videlicet ut circuitiones cum aqua benedicta, processiones, & etiam letanias non faciant absque Antipolitani Episcopi licentia vel assensu, nec in desponsatione virginum vel purificatione parientium Missas cantent vel orationes seu benedictiones exolvant, nec aliquem etiam, nisi forsan in casu necessitatibus, recipiant ad baptismum, campanas quoque ad divina officia celebranda non prius pulsent quam in Ecclesia parochiali pulsentur, dummodo clerici ejusdem Ecclesie horas Dei laudibus deputatas non negligant vel excedant, eisdem Abbat & monachis pulsandi ad Matutinas & Completorium omnimoda libertate servata, præterea dicta sancti Honorati Ecclesia liberam habeat sepulturam, sed eorum que in aliquorū ultima voluntate obtentu sepultura ipsi obvenerint, præterquam de lebetis lignis, tertiam partem Ecclesia illa percipiat à qua mortuorum corpora sunt assumpta, sed si aliquid Ecclesia parochiali legetur ab eo qui apud memoriam Ecclesiam sancti Honorati elegerit sepulturam, & id excecerit tertiam eorum que ipsi Ecclesia in ultima voluntate legantur, Ecclesia parochialis integraliter id obtineat quod ei dinoicitur esse reliquit, si vero minus tertia legetur eidem, quod defuerit tertiae per Abbatem & monachos fideliiter suppleatur, in præcipuis etiam solemnitatibus, videlicet nativitate Domini, festo sancti Stephani, Epiphania, Purificatione, Parasceve, Resurrectione dominica, & die Luna sequenti, Ascensione, Pentecoste, Assumptione beatae Mariæ virginis, omnium sanctorum festo, & die sequenti, tercia oblationum pars ad Antipolitanum Episcopum devolvatur, Capellanus vero corundem Abbatis & monachorum obedientiam Antipolitano Episcopo faciet, ac excommunicatos & interdictos ab eo non recipiet ad divina, sed cum generale illius terræ fuerit interdictum, licet ei voce suppressa, exclusis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Ut igitur in perpetuum compositio suprascripta, de utriusque partis assensu

nobis medianibus facta, inviolabiliter obseretur, nos eandem auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostram confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio decimo.

*ABBATI ET MONACHIS  
Linenflos.*

*H*is non convenit &c. ut in alia usque sopiuntur. Sanè cùm inter te, fili Abbas, & venerabilem fratrem nostrum Antipolitanum Episcopum super Ecclesia sancti Honorati de Craffa &c. usque litigatum, demum de tui & Episcopi ipsius afflenu nobis medianibus hujusmodi compositione intervenit, ut vobis licet in Ecclesia memorata &c. usque processiones & etiam letanias non faciat absque Antipolitanu Episcopi &c. usque Missas cantare vel orationes seu benedictiones evolvere attentetis, nec etiam &c. ut in alia usque celebranda, non prius pulseris quam in Ecclesia memorata &c. usque excedant, vobis pullandi ad Matutinas &c. usque quod defuerit tertiae per vos fideliter suppleatur, in præcipuis etiam &c. usque devolvatur. Capellanus vero uester obedientiam Antipolitanu Episcopo faciet &c. usque in finem. Datum Laterani &c. ut in alia per totum.

*M A R I E Q V O N D A M  
Constantinopolitana Imperatrici illustri.*

*I*ustis potentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, carissima in Christo filia, tuis iustis postulationibus grato concurrentes afflenu, donationes propter nuptias à clara memoria Bonifacio Marchione Montisferrati in Romania imperio tibi legitimè factas auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet hanc paginam nostram confirmationis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio decimo.

*E I D E M.*

*I*ustis potentium desideriis &c. ut in alia per totum usque concurrentes afflenu, Visfenam, Dimitriatam, Arcontocoru, duo Almurus tibi & filii tuis à carissimo

in Christo filio Henrico Constantinopolitano Imperatore illustri, prout in ejus authentico continetur, concessas, sicut eas justè possides & quietè, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo &c. hanc paginam nostram confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani &c. ut in alia per totum.

*HEMANVELI INTERPRETI M.  
quondam Constantinopolitani Imperatoris  
illistris.*

*S*olet annuere sedes apostolica piis votis, & honestis potentum precibus favorem benivolum impetrari. Eapropter, dilecta in Domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes afflenu domos apud Stagonicaram, trium barearum & domus propriæ libertatem, quas tibi carissimus in Christo filius noster Henricus Imperator Constantinopolitanus illustris imperiali liberalitate concessit, sicut eas justè possides, auctoritate tibi apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostram confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kalen. Aprilis, anno tertio decimo.

*ABBATI ET CONVENTVI  
Acapni.*

*C*um à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino fili, carissimæ in Christo filiæ Mariae quondam Constantinopolitana Imperatricis illustris, nunc Dominae Thessalonicensis, precibus inclinati, personas vestreas & monasterium ipsum in quo divino estis obsequio mancipati, cum his quæ in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & praesentis scripti patrocinio communimus. Ad indicum autem hujus à sede apostolica protectionis perceptæ decem hyperpera gratis oblata nobis nostrisque successoribus anni singulis persolvetus. Nulli ergo omnino hominum &c. hanc paginam nostram protectionis infringere vel ei &c. usque incursum. Datum Laterani 111. Kal. Aprilis, anno tertio decimo.



*Epist. 35.  
Confirmitur ei  
donatio facta  
ab Imperatore.*

*Epist. 36.  
Suscipitur sub  
protectione le-  
dis apostolica.*

*Epist. 33.  
Confirmitur de-  
siderio eis fac-  
tum ab Impre-  
atore.*

*Epist. 34.  
Confirmitur de-  
siderio eis fac-  
tum ab Impre-  
atore.*